Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift

In Cap. 10

holocaustomata & pro peccato noluisti. nec placita sunt tibi.
que secundum legem offerunt. tunc dixi ecce uenio. vt faciam deus
uoluntatem tuam. auferet primum vt sequens statuat. Intuere non
habundantiam. Vna est igitur ista hostia. illa autem multe. propter
eam nec fortes erant. quia multe. Quid autem opus erat multis dic
mihi una sufficiente. Propter quod multe & semper offerebantur. ostendit numquid eos purgari. Sic enim medicamentum
quando forte fuerit & salutis efficax. & ualens cuncta ualitudinem repellere semel inpositum totum operatur. Si igitur semel inpositum totum operatum fuerit ostendit eius uirtutem. vt non ulterius apponatur. & hoc est opus eius ut iam non apponatur. Si uero semper apponitur. manifestum semper est indicium illud non pualuisse. Medicamenta quippe uirtus illa est vt semel imponatur. & non frequentur. sic & ea hic quarationem eis de sacrificiis sepe curabant. Si enim ab omnibus erant liberati peccatis. nequaquam per singulos dies offerunt uiri sacrificia. Et enim erant definita. ut sepe offerrentur. Pomm pro & in uespera & in die. Proinde accusatio peccatorum fuit. non solutio quod fiebat accusatio. infirmitatis non uirtutis ostensio. Quo quippe prima hostia non ualebat & iam secda offerebat. Quia & ea ipsa nihil proficiebat. altera ite. Proinde redargutio peccatorum istud est. In eo enim quod offerebatur redargutio peccatorum. in eo autem quod sepe redargutio infirmitatis. Nunc autem e contrario semel oblatum est. Nam que forma habent alicuius exemplar tantum ostendunt. non autem uirtutem. sicut in imaginibus exemplar hominis habe